ciſſimi quiritiū attigere:& ipſi ſtatim ad græcos tranſfugæ.immo uero auctoritas aliter q̄ græce eā tractantibus etiam apud imperitos experteſq; linguæ non eſt. Ac minus credunt.quæ ad ſalutē ſuā pertinenti:ſi intelligunt.itaq; hercule in hac artiū ſola euenit.ut cuicunq; medicū ſe profitenti ſtatim credatur.cū ſit periculum in nullo mendacio maius.non tamen illud intuemur:adeo blanda eſt ſpirandi per ſe cuiq; dulcedo.nulla præterea lex quæ puniat inſcitiam capitalem.nullū exemplū uindictæ.diſcunt periculis noſtris.& per experimenta mortes agunt.medicoq; tantū hominem occcidiſſe ſumma impunitas eſt. Quinimo tranſit inconuitiū.& intemperantia culpatur. utroq; q perire arguunt. Sed & decuriæ pro more cenſuris principū examinant.inquiſitio p parietis agitur. & qui de numero iudicet a gradibus columniſq; Herculis accerſitur.de exilia uero nō niſi die.xlv. Quinq; electris uiris datur tabella.at de iudice ipſo quales in cōſilio eunt.ſtatim occaſuri:merito dū mēini noſtræ libet ſcire:quod ſaluti ſuæ opus ſit. Alienis pedibus ambulamus. Alienis oculis agnoſimus. aliena memoria ſalutamus.aliena uiuimus opera.perieruntq; rerū naturæ pretia:& uitæ argumenta nihil aliud pro noſtro habemus quam delicias non deſeram catonem tam ambitioſæ artis inuidia a me obiectū:& a ſenatu illū qui ita cenſebat.itaq; non criminibus artis arreptis ut aliquis expectauerit Quid enim uenenoꝝ fertilius:aut unde teſtamentoꝝ plures inſidiæ.iam uero & adulteria etiam in principū domibus:ut eudemi;in liuia Druſi Cæſaris.item Valentis in aqua dictum eſt regina non ſunt artis iſta iſta ſed hominū:non magis hæc urbi timuit Cato ut equidē credo quā reginas. ne auaritiam quidem arguā rapaceſq; nūdinas pendentibus fatis & dolorū indicaturam:ac mortis arram aut arcana præcepta:ſquamā in oculis emouendā potius quam extrahendam per quæ effectū eſt ut nihil magis prodeſſe uideretur quam multitudo graſſantiū.neq; enī pudoris æmuli pretia ſummittunt.notū eſt ab eodem charmide unū ægrum ex prouintialibus ſeſtertiis ducentis conductū Archontio uulnerū medico LIs.C.condēnato ademiſſe Claudium principem.eidemq; in gallia exulanti:& deinde reſtituto acquiſitū non minus iutra paucos annos.& hæc perſonis imputētur Ne fæcem quidem aut inſitiam eius eius turbæ arguamus:ipſorūq; intēperantiam in morbis aquarū calidarū diuerticulis imperioſam inediam & ab iiſdem deficientibus cibo ſæpius die igeſto.mille præterea pœnitentiæ modis:culinarū etiam præceptis & unguētoꝝ mixturis:quādo nullas omiſere uitæ illecebras:inuehi peregrinas merces cōciliariq; externa pretia diſplicuiſſe maioribus crediderim quidē non tamen hoc Catonē prodidiſſe:cū damnaret artem.theriace uocatur excogitata cōpoſitio luxuriæ.fit ex rebus externis cū tot remedia dederit natura:quæ ſingula ſufficerent. mithridaticū:antidotū,ex rebus :liiii:componitur.interim nullo pondere æquali:& quarunda rerū ſexageſima denarii unius imperata. Quo deoꝝ perfidiam iſtam monſtrante:Hominū enim ſubtilitas tanta eē non potuit.oſtentatio artis & portentoſa ſcientiæ uenditatio manifeſta eſt.ac ne ipſi quidem illā nouere. Comperiq; uulgo procinabari indica in medicamēta miniū addi inſcitia nominis:qd eē uenenū docebimus inter pigmenta.uerū & hæc ad ſinguloꝝ ſalutem pertinent.illa autem quæ timuit. Cato:atq; prouidit.innocentiora multo & parua opinatu:quæ proceres artis eiuſdem in ſemetipſis fatentur illa prodidere imperii mores illa quæ ſani potimur luctatus cæromata cēu ualitudinis cā īſtituta. Balneæ ardentes quibus perſuaſere in corp oribus cibos coqui.ut nemo nō minus ualid⁹ exiret. Obedientiſſimi uero efferrentur.potus deinde ieiuniorū ac uomitiones:& rurſus ppotatiōes : ac loꝝ euiratio inſtituta reſinis eoꝝ.itemq; pectines in fœminis quidem publicati. ita eo profecto : lues moꝝ:nec aliunde maior quam e medicina.uatem prorſus quottidie facit Catonem eius oraculū Satis eſſe ingenia græcorum inſpicere.hæc fuerint dicende pro ſenatu illo ſexcentiſq; populi romani annis:aduerſus artem:in aqua conditione inſidioſiſſima auctoritatem peſſimis boni faciūt:Simul cōtra attonitas quorundam perſuaſiones qui prodeſſe.niſi prætioſa non putāt.neq; enim dubitauerim aliquibus faſtidio futura:quæ dicentur animalia.at non uirgilio nefas fuit nominare formicas nulla neceſſitate:& gurguliones ac lucifugis congeſta cubilia blattis.non homero inter prælia deorū iprobitatē muſcæ deſcribere.non naturæ gignere iſta cū ginat hominē.proinde cauſas quiſq; & effectus non res æſtimet:ordiemur autem a confeſſis:hoc eſt lanis ouibuſq;.ut obiter rebus præcipuis honos in primis perhibeatur quædā ēt ſi alienis locis:tamen obiter neneſſe erit.nec deeſſet materiæ pompa:ſic quicquā aliud intueri liberet.quam fidem operis. Quippe inter prima proditis etiam ex cinere phœnicis nidoq; medicinis. Ceu uere id certū eſſet:atq; non fabuloſum. irridere ē uitæ remedia poſt mileſimū annū reditura monſtrare.

De medicina lanarum. Cap. ii.

LAnis auctoritatē ueteris romani etiā religioſam habuere poſtes a nubentibus attingi iubentes præterq; cultū & tutelam contra frigora. Succide plurima præſtāt remedia ex oleo uinoq;:aut aceto:prout quæꝝ mulceri morderiq; opus ſit & aſtringi laxariue:luxatis membris dolentibuſq; neruis īpoſitæ:& crebro ſuffuſæ. Quidam etiā ſalē admiſcent luxatis.alii cū lana